

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1225

Auteur(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Ranulphe, fils de Roger de Ducy [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1160, 18 janvier

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, donne en aumône, moyennant une rente annuelle d'avoine, l'église de Sainte-Honorine-de-Ducy à Ranulphe, fils de Roger de Ducy. (En interligne : « Hæc et sequens sunt supra. »)

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiæ Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCXLII, t. 2, p. 169-171.

Texte établi d'après a

Universis sanctæ Ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, Philippus, Baiocensis ecclesiæ minister, salutem. Notum vobis fieri vo[lumus ecclesiam Sanctæ] Honorinæ de Duxcio, præsentatione Gaufridi de Duxcio, Ranulfo, filio Rogerii de Duxcio, in elemosinam conc[essisse][.....]autem (?) in ea retinuimus, voluntate etiam prædicti Gaufridi et concessione, ut tam idem Ranulfus quam qui insi [mul (?)][.....]cumque præsentatione in futuro est habiturus, nobis singulis annis reddent, infra mensem septembbris, sexaginta quar[tarios avenæ[.....]Du]xeio, aut cui nos ea daremus. Nos autem eadem sexaginta quartarios avenæ Willelmo, decano Baiocensi, quamdiu fuerit[.....]dam concessimus, solvendos ei prædicto tempore vel alio quod inter eum et personam ejus ecclesiæ convenerit ; et[.....]in communione canonicorum ecclesiæ Baiocensis redire decrevimus, et nec minus ideo ecclesia illa episcopales consuetudines omnibus diebus persolvet. Iste autem Ranulfus in manu decani promisit se ei jam dictam pensionem soluturum, singulis annis, tempore jam statuto ; et super hoc fidejussionariam præstítit cautionem, intercedente pro eo, in causam fidejussionis, prædicto Gaufrido de Duxcio sub ab (?) [e]odem Gaufrido præstítæ fidei religione. Præcipimus vero ut quælibet persona, quæ illam ecclesiam habitura est, ad eamdem eadem cautione [se] obliget, vel alia idonea, secundum voluntatem dicti decani et canonicorum, cum res ad eos pervenerit. Et quum, quod factum est, [ra]tum et inconcussum esse volumus, iccirco jam dicti Gaufridi præsentatione, quam etiam suis hæredibus competituram cedimus, huic ejusdem ecclesiæ a nobis factam donationem, et decano sexaginta quartarios avenæ, tempore sui decanatus, et communi (?) canonicorum post ejus tempus[.....]sum, sigilli nostri attestatione confirmamus. Actum est hoc ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo, quinto decimo kalendas februarii, convenien[tibus] in capitulo, cantata majori missa, et præsentibus Willelmo, Baiocensi decano ; Heriberto, cantore ; magistro Gaufrido Bove ; Roberto [sub]decano ; Willelmo, sacrista ; magistro Heriberto ; Ricardo de Ros ; Rogero de Arreio ; Radulfo Petrariis ; Ricardo de Croilleio ; Hamone Gui[donis] ; Thoma, dispensatore ; Ricardo de Sancto Stephano ; et multis aliis.